



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. V. Ad c. 8. 9.. II. de Renunc.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

Ant. Augustinus. In compilatione prima habetur: S. Luviani, Ubi capitulum hoc ita pergit: *Quia tamen altera pars sufficienter instructa non venerat, negotium non potuit terminari, Ideoque causam ipsam vestro examini committentes discretioni vestra per A. S. M. qua partes ante vestram presentiam convocetis, & rei veritate plenius inquisita si prefatum P. inveneritis de consensu majoris & sanioris p. c. f. de spirituali beneficio a. a. i. e. f. b. i. ap. re. pacificè possidere &c.*

Cap. 3. b. t.

In cap. 3. Inscriptio itidem variat. Contius in margine scribit: Verfellenfi, mendosè, *Veralen*. legit vetus Tarracon. *Verulen*. Barcinonensis. *Verulano*, vetus Gregorianus, Contianus & placet A. Augustino. Veruli & Verulum urbs Episcopalis provin-

Veruli, verulum.

Ceparanum.

Telesia.

Alliphia.

Lectio prima compilationis.

cia Romana, *Verulo*. Abbas Sancti N. est S. Nicolai de Ceparanum. Est autem Ceparanum oppidum non longe à Verulis. Monasterium S. Salvatoris, adde ex compilatione primâ, de Telesia *τελεσσια*, Ptolemæo, colonia Romana Frontino. Fuit urbs in Samnio prope Allifas secundum Plinium & Ptolemæum. *Αλίφια* Straboni. Alliphium Livio. Alphi, Mario Nigro, inter Venafrum & Beneventum, Porro in primâ compilatione sic habetur. Nunc autem mutato animo per te & per amicos tuos l. u. i. eadem Ecclesiâ restituatur, V. q. i. d. e. a. e. f. d. e. q. illi, e. q. f. c. ad voluntatem & p. f. r. Fratritatem tuam monemus atque m. q. f. r. i. f. h. p. A. & f. e. a. r. præfati P. n. r. i. c. n. à Ceparano (vocem populo, in omnibus MStis deesse, & marginalem glossam in textum irrepsisse notant Emendatores Gregoriani) c. p. h. t. e. & monere p. si tanti tibi fuerit ut i. n. t. n. d. E. sed quasi de novo deberet intrare, recipiant.

## CAP. V.

### Ad c. 8. 9. 11. de Renunc.

#### S U M M A R I A.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Cap. 8. <i>Nidrosia, Truntheim.</i>  | 4. <i>Carleolum, sedes Episcopalis.</i> |
| 2. Cap. 9. <i>h. t. species.</i>        | 5. <i>Cap. 11. h. t.</i>                |
| 3. <i>Ragusa, &amp; ejus Episcopus.</i> | 6. <i>Innocentius III. Papa erant.</i>  |

Ni-

**N**idrosiensi Archiepiscopo rescribit Innocentius III. Ni- *Cap. 8. Ni-*  
drosum, vel Nidrosia, sedes Archiepiscopalis Norvagiæ, *drofia,*  
Truntheim, auctoritate Eugenii III. anno 1148. erecta. *Truntheim.*  
Vide *Adam. Bremensem*, cui Trondemnis dicitur, p. 155.

Quod attinet cap. 9. talis inibi est species. Ragusiensis Ar- *Cap. 9. b. t.*  
chiepiscopus ex justâ causâ renunciavit Archiepiscopatu, de con- *species.*  
sensu summi Pontificis, quia ibi non poterat securè morari & si ac-  
cederet ad illam, mortis periculum metuebat. Secessit itaque in  
Angliam. Ragusia, olim Epidaurus in Dalmatiâ, respublica no- *Ragusia, &*  
bilis ex opposito Italiæ, Archiepiscopus, de quo loquitur hic In- *ejus Episco-*  
nocentius, erat Bernhardus, quem coronatio in Johannis Regis *pus.*  
& colloquio ejusdem cum Wilhelmo Rege Scotorum interfuisse  
memorat Rogerius Hovedenus in Johanne. Huic Bernardo be-  
neficio conferebatur liberalitate Regiâ concessu Archiepiscopi  
Eboracensis in Episcopatu Carleoli & Ecclesia de Malebron. Car- *Carleolum,*  
leolum est sedes Episcopalis sub metropoli Eboracensi. Vide Ho- *sedes Epi-*  
vedenum in Henrico I. ad annum MCXXXIV. *scopalis.*

In cap. 11. hic casus habetur: Anno 1208. extincto Ægidio *Cap. 11. b. t.*  
Ravennatensi Archiepiscopo in ejus locum postulatus est Hubal-  
dus, Episcopus Faventinus. Vide Hieronymum Rubeum *lib. 6.*  
*hist. Ravenn.* Præpositus & Canonici ejusdem Ecclesiæ Johanni  
cuidam è suis Canonico potestatem dederunt per compromissum  
eligendi. Hic Johannem S. Fridiani Lucanensis Canonicum regu-  
larem, olim Episcopum Sassinatem in Faventinum Episcopum po-  
stulavit. Præpositus cum capitulo, impetrato consensu Prioris S.  
Fridiani postulationem petunt à Pontifice probari. Quærebatur  
an Episcopus, qui renunciavit Episcopatu, ut monasterium pœni-  
tentia causâ ingrederetur, iterum possit assumi & eligi in Episco-  
pum. Innocentius distinctè respondet, ut in textu habetur. Sed *Innocentius*  
erravit credendo *can. hoc nequaquam. 45. caus. 7. q. 1. desumptum. III. Papa*  
fuisse ex Constantinopolitanâ generali Synodo, quæ inter quatuor *errat.*  
primas ordine secunda est: Exstat enim in Synodo VIII. in quâ  
corruptis Legatis Johannis VIII. Papæ Photius, potestate Impera-  
toris fretus Ignatium Patriarchatu invitum in monasterium, quasi  
pœnitentiæ agenda causa, relegatum se abdicare compulerat,

omni spe restitutionis ademptâ. Hic canon à Græcis retentus irrepsit in collectiones Ivonis & Gratiani. Quibus fidentes Pontifices, Gratiano contenti, ad fontes recurrere superfederunt. Vide A. August. lib. 2. Dialog. de Emend. Gratiani c. 6. n. 3. & 4.

## CAP. VI.

## Ad cap. 13. de Renunc.

## S U M M A R I A.

- |                                |                          |
|--------------------------------|--------------------------|
| 1. Ecclesia major Leodicensis. | 5. Urbs Confluentia.     |
| 2. Casus capituli.             | 6. Petrus de Collemedio. |
| 3. Abbatia Hemmenrode.         | 7. Thomas de Capuâ.      |
| 4. Ecclesia S. Paulini.        |                          |

*Ecclesia  
major Leo-  
dicensis.*

**H**onorius III. rescribit Majoris Ecclesiæ Decano & Magistro C. Canonico S. Dionysii Leodicensi. Ecclesia major in civitate Leodiensi dicitur S. Johannis Evangelistæ.

*Casus capi-  
tuli.*

Quæ verba, S. Johan. expressè apposita sunt in compilatione V. Altera est S. Dionysii Martyris, quas ambas Notgerus Episcopus 46. construxit, uti refert Anselmus in gestis Episcoporum Leodiensium c. 35. Casus hic est: Johannes pauper ut est in compilat. V. Subdiaconus impetravit literas ab Innocentio III. prædecessore Honorii ad Abbatem de Emeneo, ut habet Raymundus, Emento, ut alii, Emenrode ut in compilatione V. quæ lectio vera est.

*Abbatia  
Hemmen-  
rode.*

Est Abbatia de Hemmenrode in Trevirensi diocesi, cujus foundationem describit Cæsarius lib. 1. c. 1. Nec non ad Cantores Trevirenses majoris Ecclesiæ ac S. Pauli. Major Ecclesia est B. Petri quam Agritius primus Archiepiscopus Trevirensis, missus à Sylvestro anno 330. ex palatio Helenæ in Ecclesiam convertit. Cæsarius lib. 7. c. 40. Altera est Ecclesia non S. Pauli, sed Paulini, quam Felix II. præsul Trevirensis in honorem B. Paulini Præfulis, itidem Trevirensis & martyris à B. Martino consecrati inauguravit.

*Ecclesia S.  
Paulini.*

Impetravit, inquam, Johannes pauper Subdiaconus literas, ut ei præbendam vacantem in Ecclesiâ S. Florentini in Confluentiâ assignarent. Imò S. Florentii Martyris, unius ex ducibus legionis Thebæorum interempti cum Cassio Comite & aliis Bonnæ, dioceseos Coloniensis. Confluentia urbs notissima, dioceseos Coloniensis in-

*Urbs Con-  
fluentia.*

ter